Rettuleris pannum. refert sine viuat inept⁹.
Res gerere captos ostēdere ciuibus hostes

Attingit solum Jouis et celestia temptat.

Principibus placuisse viris nō vltima laus est.

Nō cuiuis homini contingit adire corinthum.

Sedit qui timuit ne non succederet/esto.

Quid qui peruenit:fecit ne viriliter?atqui

Hic est aut nusq̄ quod querim⁹.hic onus horret

Ut paruis animis et paruo corpore maius

Hic subit et perfert/aut virtus nomen inane est

Aut decus et precium recte petit experiens vir.

Coram rege suo de paupertate tacentes

Plus poscente ferent:distat sumasne pudenter

An rapias?atqui rerum caput hoc erat hic fons

Indotata michi soror est:pauperula mater:

Et fundus nec vendibilis nec pascere firmus:

Qui dicit/clamat victum date.succinit alter

Et michi diuiduo findetur munere quadra.

Sed tacitus pasci si posset coruus haberet

Plus dapis/et rixe multo minus inuidiaq̄.

Brūdosiū comes aut surrhentuz ductus amenū

Qui q̄rit⁹ salebras/et acerbum frigus et ibres

Et cistam fractam et subducta viatica plorat:

Nota refert meretricis acumina/sepe catellam

Sepe periscelidem raptam sibi flentis/vti mox

Nulla fides damnis veriscp doloribus adsit.

Hec semel irrisus triuus attollere curat
Fracto crure Planum. licet illi plura maneret
Lachryma/per sanctum iuratus dicat Osiris
Credite: non ludo/crudeles tollite claudum
Quere peregrinum vicinia rauca reclamat.

¶ Lolius magnoruz amicitiam tenere docetur:

Si bñ te noui metues liberrime Lolli
Scurrantis speciem ꝑbere ꝓfessus amicū
Ut matrona meretrici dispar erit/atq;
Discolor infido scurre distabit amicus
Est huic diuersum vitio viciuz propemalus
Asperitas agrestis et incōcinna grauisq;:
Que se cōmendat tonsa cute dentibus atris:
Dum vultlibertas mera dici veraq; virtus.
Virtus est medium viciorum vtrinq; reductum.
Alter in obsequium plus equo pronus et imi
Derisor lecti/sic nudum diuitis horret.
Sic iterat voces et verba cadentia tollit.
Ut puerum seuo credas dictata magistro
Reddere: vel partes mimum tractare secundas
Alter rixatur de lana sepe caprina.
Propugnat nugis armatus scilicet vt non
Sit michi prima fides et vere placet/vt non
Acriter elatrem precium etas altera sordet.

Ambigitur quid enim/castor sciat an docilisplus
Brundusiũ Mumici melius via ducat an Appi
Quem damnosa venus quẽ preceps alea nudat
Gloria quem supra vires et vestit et vngit
Quem tenet argenti sitis importuna/famesq;.
Quem paupertatis pudor et fuga/diuesamicus
Sepe decem vitiis instructior odit z horret.
Aut si non odit regit/ac veluti pia mater
Plus q̃ se saperet virtutibus esse priorem
Vult et ait prope vera:mecum contendere noli
Stulticiam patiuntur opes:tibi paruula res est
Arta decet sanum comitem toga desine mecum
Certare.Eutrapelus(cuicunq; nocere volebat)
Vestimenta dabat precIosa:beatus enim iam
Cum pulchris tunicis sumat noua consilia z spes
Dormiet in luccm:scorto postponet honestuz
Officium/nummos alienos pascet:ad imum
Trax erit/aut olitoris aget mercede caballum
Arcanum neq; tu scrutaberis vllius vnquam
Cõmissumq; reges vt vino tortus et ira
Nec tua laudabis studia:aut aliena reprehendes.
Nec cum venari volet ille:poemata pages
Gratia sit fratrum geminorum Amphionis atq;
Dethi dissiluit;donec suspecta seuero

Conticuit lyra.fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion.tu cede potentis amici
Lenibus imperiis.quotiensq; educet in agros
Aetholis honerata plagis iumenta canesq;:
Surge:et inhumane senium depone camene
Cenes vt pariter pulmenta laboribus empta
Romanis solenne viris opus.vtile fame
Vitecq; t membris presertim cum valeas et
Vel cursu superare canem vel viribus aprum
Possis.adde virilia quod speciosius arma
Non est qui tractet/scis quo clamore corone
Prelia sustineas campestria/deniq; seuam
Militiam puer et cantabrica bella tulisti
Sub duce.qui templis parthorum signa reficit
Hunc et si quid abest italis adiudicat armis
Ac ne te retrahas et inexcusabilis absis.
Quamuis nil extra numerum fecisse modicq;
Curas:interdum nugaris rure paterno
Partitur lintres exercitus:actia pugna
Te duce per pueros hostili more refertur.
Aduersarius est frater.lacus adria:donec
Alterutrum velox victoria fronde coronet.
Consentire suis studiis qui crediderit te
Fautor vtroq; tuum laudabit pollice ludum

Protinus vt mouenamsi quid monitoris eges tu.
Quid de quoq; viro et cui dicas sepe videto.
Percunctatorem fugito:naz garrulus/idez est.
Nec retinēt patule cōmissa fideliter aures
Et semel emissum volat irreuocabile verbum
Non ancilla tuum iecur vlceret vlla:puer ve
Inter marmoreū veneradi limen amici
Ne dominuspueri pulchri care ve puelle
Munere te paruo beet/aut incōmodus angat.
Qualē cōmēdesetiaz atq; etiā aspice ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem:
Fallimur et quēdam non dignuz tradimus:ergo
Quem sua culpa premet deceptus omitte tueri.
Ut penitus notum (si temptent crimina) serues.
Tuterisq; tuo fidentem presidio:qui
Dente theonino cū circumroditur.en quid
Ad te post paulo ventura pericula sentis:
Nam tua res agitur:paries cum proximus ardet
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Dulcis i expertis cultura potentis amici
Expertusmetuit.tu duz tua nauisin alto est:
Hoc age ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes.tristemq; iocosi.
Sedatum celeres:agilez gnanumq; remissi.

Potores bibuli media ſ de nocte phalerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quanuis
Nocturnos iures te formidare tepores
Deme ſupercilio nubem: plerumq; modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem: taciturnus acerbi
Inter cuncta leges et percunctabere doctos
Qua ratione queas traducere leuiter euum.
Ne te ſemper inops agitet vexetq; cupido:
Non pauor: et rerum mediocriter vtiliu ſ ſpes
Virtutem doctrina paret natura ne donet
Quid minuat curas quid te tibi reddat amicu ſ.
Quid pure tranquillet / bonos an dulce lucellum
An ſecretum iter: et fallentis ſemita vite:
Me quotiens reficit gelidus diligentia riuus
Quem mandella bibit rugoſus frigore pagus
Quid ſentire putas? quid credis amice precari
Sit mihi q̃ nunc eſt etiam minus / vt m̃ viuam
Quod ſupereſt eui / ſi quid ſupereſſe volunt dii
Sit bona librorum et prouiſe frugis in annum
Copia: ne fluitem dubie ſpe pendulus hore.
Sed ſatis eſt orare Jouem qui donat et aufert
Det vitam det opes. equũ mi animũ ipſe parabo.
¶ Mecenati malos vetex imitatores carpẽdos aſſerit
p Riſco ſi credis Mecenas docte Catino.

Nulla placere diu nec viuere carmina possūt
Que scribuntur aque potoribus / vt male sanos
Ascripsit liber satyris faunisq; poetas.
Vina fere dulces oluerunt mane camene.
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda / forum putealq; Libonis
Mandabo siccis / adimam cantare seueris.
Hoc simul edixit nec cessauere poete
Nocturno certare mero: putere diurno
Quid si quis vultu toruo ferus / et pede nudo
Exigueq; toge simul / et textore Catonez.
Virtutem ne repręsentet moresq; Catonis:
Rupit Syrabitam Limagenis emula lingua
Dum studet vrbanis / tenditq; disertus haberi
Decipit exemplar vitiis imitabile: quod si
Pallerem casu: biberent exangue cuminum
Imitatores seruum pecus. vt michi sepe
Bilem sepe iocum vestri mouere tumultus:
Libera per vacuum posui vestigia princeps
Non aliena meo pressi pede. qui sibi fidet
Dux reget examen. parios ego primus iambos
Ostendi latio numeros: animosq; securus
Archilochi nō res et agentia verba Lycambez.

Ac ne me foliis ideo breuioribus omes
Quod timui mutare modos et carminis artem
Tẽperat archilochi musaz pede mascula Sappho
Temperat alceus sed rebus et ordine dispar.
Nec socerũ querit quem versibus obliuat atris
Nec sponse laqueum famoso crimine nescit.
Hunc ego nunc alio dictum prius ore latinis
Vulgani ridicen / iuuat immemorata ferentem
Ingeniis oculisq; legi: manibusq; teneri.
Scire veris mea cur ingratus opuscula lector
Laudet ametq; domi / premat extra limẽ iniquus.
Non ego ventose plebis suffragia veror
Impensis cenarum et trite munere vestis
Non ego nobilium scriptorum auditor et vltor
Grãmaticas ambire tribus: pulpita dignor.
Hinc ille lacrime: spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare et / nugis addere pondus
Si dixi / rides ait / et Iouis auribus ista
Seruas / fidis enim manare poetica mella
Te solum / tibi pulcher ad hec ego naribus vtar
Fornido / et luctantis acuto ne secer vngue.
Displicet iste locus clamo / et diludia posco
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram.
Ira truces inimicities et funebre bellum.

Librū carpit q in publicum egredi velit.

Tertunnū Janūq liber spectareviderís
Sez vt prostessosioz pumice mundus.
Odisti claues et grata sigilla pudico
Paucis ostendi gemis. et cōmunia laudas.
Non ita nutritus: fuge: quo descēdere gestis
Non erit emisso reditus tibi. quid miser egi?
Quid volui? dices vbi quis te leserit: et scis
In breue te cogi cōplenus languet amator.
Quod si non odio peccantis decipit augur
Carus eris rome: donec te deseret etas
Contrectatus vbi manib⁹ sordescere vulgi
Ceperis / aut tineas pascesta citurnus inertes
Aut fugies vticam: ār vnctus mitteris ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus vt ille
Qui male parētē in rupes detrusit asellum
Iratus: quis enim inuitum seruare laborem?
Hoc quoq te manet vt pueros elementa docentē
Occupet extremis in vicis balba senectus
Cum tibi sol tepidus plures admouerit aures:
Me libertino natum patre et intenui re
Maiores pēnas nido extendisse loqueris
Vt quantum generi demas: virtutibus addas
Me primis vrbis belli placuisse domiq

Corporis exigui precanum / solibus aptum
Irasci celerem / tamen vt placabilis essem.
Forte meum si quiste percunctabitur euum:
Me quatervndenos sciat impleuisse decembres
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

¶ Quinti Horatii Flacci Epharũ. Liber. Scõs
¶ Augustũ laudat: rvetustatꝫ laudatores carpit.

Quam tot sustineas et tanta negocia solus:
Res italas armisuteris: moribꝰ omnes
Legibus emendes / in publica cõmoda peccem
Si longo sermone morer tua tempora Cesar.
Romulus et liber pater et cum Castore Pollux
Post ingentia facta / deorum in templa recepti
Dum terras hominũꝫ colunt genꝰ: aspera bella
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis. diram qui contudit hydram
Notaꝫ fatali portenta labore subegit:
Comperit inuidiam supremo fine domari.
Urit enim fulgore suo quo pergrauat artes
Infra se positas / extinctus amabitur idem.
Presẽti tibi maturos largimur honores
Iurandasꝫ tuum per nomem ponimus aras:
Nil oriturꝫ alias / nil ortum tale fatentes.

Sed tuus hic populus sapiens et iustus in vno
Te nostris ducibus te graiis ante ferendo
Cetera nequaq; simili ratione modoq;
Estimat/et nisi/que terris semota suisq;
Temporibus defuncta videt fastidit et odit.
Sic fautor veterum ettabulas peccare vetantes
Quas bis quinq; viri sanxere/et federa regum
Vel gabiis vel cum rigidis equata sabinis
Pontificum libros annosa volumina vatum
Dictitet albano musas in monte locutas.
Si (quia grecorum sunt antiquissima quecq;
Scripta vel optima) romani pensentur eadem
Scriptores trutina/uō est quod mlta loquamur:
Nil intra est oleam/nil extra est in nuce duri.
Vanimus aō summum fortune/pingimus atq;
Psallimus et luctamur achiuis doctius vnctis.
Si melliora dies vt vina poemata reddit
Scire velim chartis pretium quotus arroget ānō
Scriptor abhinc annos centum qui decidit inter
Perfectos veteresq; referri debet. an inter
Vilesq; nouos/excludat iurgia finis.
Est vetus atq; probus centum qui perficit annos:
Quid qui deperiit minor vno mense vel anno:
Inter quos referendus erit/veteres ne poetas

An quos et preſens et poſtera reſpuit etas?
Iſte quidem veteres interponetur honeſte
Qui vel menſe breui vel toto eſt iunior anno
Utor permiſſo caudeq; pilos vt equine
Paulatim vello et demo vnum:demo etiam vnũ
Dum cadet elusus ratione ruentis acerui:
Qui redit ad faſtos et virtutẽ eſtimat ãnis.
Miraturq; nichil niſi quod libitina ſacrauit
Ennius et ſapiens et fortis et alter Homer⁹
(Ut critici dicunt) leuiter curare videtur
Quo promiſſa cadant:et ſomnia pythagorea
Naeuius in manib⁹ nũc eſt et mentibus haret
Paene recens.adeo ſanctum ẽ vetus omẽ poema
Ambigitur quotiẽs uter utro ſit prior aufert
Pacuuius docti famam ſenis:Accius alti
Dicitur Affrani toga cõueniſſe Menandro:
Plautus ad exemplar ſiculi properare Epicharmi
Vincere Cecilius grauitate Terentius arte
Hos ediſcit et hos arcto ſtipata theatro
Spectat roma potens hz hos numeraq; poetas
Ad noſtrũ tempus Liui ſcriptoris ab euo.
Interdum vulg⁹ rectum videt:eſt vbi peccat
Si veteres ita miratur laudatq; poetas:
Vt nichil anteferat.nichil illis comparet:errat.

Si quedam nimis antique:si pleraq; dure
Dicere credat eos.ignaue multa fatetur
Et sapit:et mecum facit:et Jove iudicat equo.
Non equidem insector delendaq; carmina Liui
Esse reor.memini q; plagosum mihi paruo
Orbilium dictare.sed emendata videri
Pulchaq;:et exactis minimum distantia miror
Inter q̄ verbum emicuit si forte decorum:et
Si versus paulo concinnior vnus et alter
Iniuste totum duci vendic; poema:
Indignor q̄q; reprehendi:non quia crasse
Cōpositū illepideve putetur.sed quia nuper
Nec veniā antiquis:sed honorem t premia posci
Recte nec ne crocum floresq; perābulat Acci
Fabula si dubitem:clament periisse pudorem
Cuncti pene patres:ea cum reprehendere coner
Que grauis Aesopus:que doctus Roscius egit.
Vel quia nil rectum nisi q̄ placuit sibi ducunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus.et que
Imberbes didicere senes perdenda fateri.
Jam saliare Numme carmē qui laudat/et illud
Quod mecum ignorat solus vult scire videri
Ingenijs non ille fauet/plausitq; sepultis.
Nostra sed impugnat:nos nostraq; liuidus odit

Quod si tam grecis nouitas inuisa fuisset
Quã nobis:q̃d nunc esset;vet⁹:aut quid haberet
Quod legeret/tereretq̃ viritim publicus vsus:
Vt primũ positis nugari grecia bellis
Cepit/et ĩ vitium fortuna labier equa:
Hunc athletarum studiis:nunc arsit equorum.
Marmoris ãt eboris fabros aut eris amauit
Suspendit picta vultum mentemq̃ tabella.
Hunc tibi cinibus nunc est gauisa tragedis.
Sub nutrice puella velut si luderet infans.
Quod cupide petiit/mature plena relinquit:
Quod placet aut odio est/q̃d nõ mutabile credas:
Hoc paces habuere bone ventiq̃ secundi.
Rome dulce diu fuit et solenne reclusa
Mane domo vigilare/clienti promerere iura.
Cautos noibus certis expendere nummos.
Maiores audire:minori dicere per que
Crescere res posset:minui damnosa libido.
Mutauit mentem populus leuis.et caletvno
Scribendi studio/pueriq̃ patresq̃ seueri
Fronde comas vncti cenant et carmina dictant.
Ipse ego qui nullos me affirmo scribere versus
Inuenior parthis mendatior/et prius orto
Sole vigil calamũ:chartas et scrinia posco.

Nauem agere ignarus naue timet / arbotanum egro
Non audet nisi qui didicit dare / quod medicorum est.
Promittunt medici. tractant fabrilia fabri
Scribimus indocti doctiq; poemata passim.
Hic error tamen et leuis hec insania quantas
Virtutes habeat sic colligevatis auarus
Non temere est aim? / ?sus amat hoc studet vnus.
Detrimenta / fugas seruorum: incendia ridet.
Non fraudem socio / puero nō cogitat vllam
Pupillo. viuit siliquis et pane secundo.
Militie quāq; piger et malus vtilis vrbi:
Si das hec / paruis quoq; rebus magna iuuari:
Os tenerum pueri balbumq; poeta figurat.
Torquet ab obscenis iaz nunc sermonibus aurē
Mox etiam pectus preceptis formar amicis.
Asperitatis / et inuidie corrector / et ire.
Recte facta refert orientia tempora noris
Instruit exemplis / inopem solatur et egrum.
Castis cum pueris / ignara puella mariti
Disceret vnde preces: vatem nisi musa dedisset?
Poscit opez chorus. z presentia numina sentit.
Celestes implorat aquas docta prece blandus.
Auertit morbos / metuenda pericula pellit.
Impetrat et pacez / et locupletē frugibus annū.

Carmine dii superi placantur: carmine manes.
Agrigole prisci fortes / paruoq; beati
Condita post frumenta leuantes tempore festo
Corpus et ipsum animum spe finis dura ferentes
Cum sociis operum pueris et coniuge fida
Tellurem porco siluanum lacte piabant.
Floribus et vino genium memorem breuis eui
Fescenina per hunc inuenta licentia morem
Uersibus alternis opprobria rustica fudit
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter / donec iam seuus apertam
In rabiem cepit verti iocus / et per honestas
Ire domos impune minax / doluere cruento
Dente lacessiti / fuit intactis quoq; cura
Conditione super communi: quin etiam lex
Penaq; lata malo / que nolet carmine quenquam
Describi. vertere modum formidine fustis
Ad benedicendū delectandūq; redacti.
Grecia capta ferum victorem cepit et artes
Intulit agresti latio / sic horridus ille
Defluxit numerus saturnius / et graue virus
Mundicie pepulere / sed in longum tamen euum
Manserunt hodieq; manent vestigia ruris
Serus enim grecis admonuit acumina chartis

Et post punica bella quietus querere cepit
Qui Sophocles et thespis ⁊ Aechilus vtile ferrent.
Temptauit quoq; rem si digne vertere posset
Et placuit sibi natura sublimis et acer.
Nam spirat tragicum satis et feliciter audet.
Sed turpem putat inscriptis metuitq; lituram.
Creditur (ex medio quia res accessit) habere
Sudoris minimum / sed habet comedia tanto
Plus oneris / quanto venieminus. aspice Plaut⁹
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi
Vt patris attenti: lenonis vt insidiosi.
Quantus sic Dorsennus edacibus in parasitis
Quẽ non abstricto percurrat pulpita socco:
Gestit enim nummũ in loculos demittere: post hac
Securus cadat an recto stet fabula talo.
Quẽ tulit ad sceuam ventoso gloria curru
Exanimat lentus spectator. sedulus inflat
Sic leue sic paruum est animum qõ laudis auarũ
Subruit aut reficit. valeat res ludicra: si me
Palma negata macrũ / donata reducit opimum.
Sepe etiam audacem fugat hoc terretq; poetam:
Quod numero plures virtute et honore minores
Indocti stolidiq; et depugnare parati
Si discordet eques media inter carmia poscunt

Aut vrsum aut pugiles. his naz plebecula gaudet.
Veruz equitis qz iã migrauit ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos et gaudia vana.
Quatuoz aut plures aulea premuntur in hozas.
Dum fugiunt equitum turme peditumqz caterue
Mox trahitur manibus regum fortuna retoztis
Esseda festinant: pilenta/petozita/naues
Captiuuz portatur ebur: captiua corinthus.
Si foret in terris rideret Democritus. seu
Diuersum confusa genus panthera camelo:
Siue elephas albus vulgi conuerteret oza.
Spectaret populum ludis attentius ipsis.
Ut sibi prebentem mimo spectacula plura.
Scriptozes autem narrare putaret asello
Fabellam surdo: nam que peruincere voces
Eualuere sonum referunt quem nostra theatra
Garganum mugire putes nemus/aut mare tuscũ.
Tanto cum strepitu ludi spectantur et artes
Diuitieqz peregrine/quibus oblitus actoz
Cum stetit in scena: cõcurrit dextera leue.
Dixit adhuc aliqd? nil sane. quid placet ergo
Lana tarẽtino violas imitata veneno.
Ac ne forte putes me: que facere ipse recusẽ?
Que recte tractent alii: laudare maligne.

Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poeta/meum qui pectus inaniter angit.
Irritat mulcet:falsis terroribus implet.
Ut magnus:et mõ me thebis mõ ponit athenis.
Verum age et his qui se lectori credere malunt
Quam spectatoris fastidia ferre superbi:
Curam redde breuem/si munus apolline dignum
Vis complere libris/et vatibus addere calcar.
Ut studio maiore petant helicona virentem.
Multa quidem nobis facimus mala sepe poete:
Ut vineta egomet cedam mea:cum tibi librum
Sollicito damus aut fesso/cum lenimur vnum
Si quis amicorum est ausus reprehendere versũ
Cum loca iam recitata reuoluimus irreuocati:
Cum lamentamur non apparere labores
Nostros:et tenui deducta poemata filo.
Cum speramus eo rem venturam vt simul atq;
Carmina rescieris nos fingere:cõmodus vltro
Accersas:et egere vetes:et scribere cogas.
Sed tamen est opere preciũ cognoscere quales
Aedituos habeat belli spectata domiq;
Virtus/indigno non committenda poete.
Gratus alexandro regi magno fuit ille
Cerilus:incultis qui versibus et male natis/

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

Retulit acceptos regale numiſma philippos.
Sed|veluti tractata notã labemq; remittunt
Atramenta:fere ſcriptozes carmine fedo
Splendida facta linunt.idem rex ille poema
Qui tam ridiculum tam care prodigus emit:
Edicto vetuit ne quis ſe preter Apellem
Pingeret:aut alius Lyſippo duceret era
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.quod ñ
Judicium ſubtile videndis artibus illud
Ad libros et ad hec muſarum dona vocares:
Boetum in craſſo iurares aere natum.
At neq; dedecorant tua de ſe iudicia.atq;
Munera/que multa dantis cum laude tulerunt
Dilecti tibi Virgilius Varuſq; poete.
Nec magis expreſſi vultus per abenea ſigna:
Quam per vatis opus mozes animiq; virozum
Clarozuz apparent/nec ſermones ego mallẽ
Repentes per humum:q; res componere geſtas
Terratumq; ſitus et flumina dicere:zarces
Montibus impoſitas et barbara regna:tuiſq;
Auſpiciis totum confecta duella per orbem
Clauſtraq; cuſtodem pacis cohibentia/anum.
Et formidatam partbis te principe romam
Si quãtum cuperem poſſẽ quoq;/ſed neq; paruꝫ

Carmen maiestas recipit tua: nec meus audet
Rem temptare pudor: quam vires ferre recusent.
Sedulitas autem stulte quez diligit / urget.
Precipue cum se numeris cõmendat & arte
Discit enim citius meminitq; libentius illud
Qõ quis deridet: q̃ quod probat & veneratur.
Nil moror officiũ qõ me grauat ac neq; ficto
In peius vultu proponi cereus vsq̃:
Nec prauefactis decorari versibus opto.
Ne rubeam pingui donatus munere: & vna
Cum scriptore meo capsa porrectus operta
Deferat in vicum vendentem thus & odores
Et piper: et quicqd chartis amicitur ineptis.

Floro se excusat: poetas q; sui temporis taxat

HOre bono claroq; fidelis amice Mecoeni
Si quis forte velit puer tibi vẽdere natũ
Tybure / vel gabiis: et tecum sic agat / hic et
Candidus / et talos a vertice pulcher ad imos
Fiet / eritq; tuus nummorum millibus octo:
Verna ministeriis ad nutus aptus heriles.
Litterulis grecis imbutus: idoneus arti
Cuilibet / argilla quiduis imitabitur vda
Quinetiam canet indoctum: sed dulce bibẽti
Multa fidem promissa leuant / vbi plenius equo

Laudat venales qui vult extrudere merces.
Resvrget me nulla/meo sum pauper in ere.
Nemo hoc mangonũ faceret tibi:non temere ame
Quiuis ferret idem.semel hic cessauit et (vt fit)
Inscalis latuit metuens pendentis habene.
Des nummos excepta nichil te si fuga ledat.
Ille feret pretium pene securus opinor.
Prudens emisti vitiosum dicta tibi est lex.
Insequeris tamen hunc:et lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiscenti tibi.dixi
Talibus officiis prope mancum/ne mea seruus
Iurgares ad te quod epistola nulla rediret.
Quid tunc profeci?mecum facientia iura
Si tamen attemptas/queris super hoc etiã/qs
Expectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta viatica multis
Arumnis(lassus dum noctu stertit)ad assem
Perdiderat:post hoc vehemẽs lup⁹ z sibi z hosti
Iratus pariter ieiunis dentibus acer
Presidium regale loco deiecit vt aiunt
Summe munito et multarum diuite rerum
Clarus ob id factum donis ornatur honestis
Accipit et bisdena super sestertia nummum
Forte sub hoc tẽpus castellum euertere pretor

Nescio quod cupiens hortari cepit eundem
Verbisque timido quoq; possent addere mentez
I bone quo virtus tua te vocat: et pede fausto
Grandia laturus meritorum ꝓmia. quid stas?
Post hec ille catus quantum vis rusticus ibit
Ibit eo quo vis qui zonam perdidit inquit.
Rome nutriri mihi contigit atq; doceri
Iratus grauis quantum nocuisset Achilles
Adiecere bone paulo plus artis atbene:
Scilicet vt possem curuo dinoscere rectum.
Atq; inter siluas Academi querere verum.
Dura sed amouere loco me tempora grato.
Ciuilisq; rudem belli tulit estus in arma:
Cesaris augusti non responsura lacertis.
Unde simul primuz me dimisere philippi:
Decisis humilem pennis inopemq; paterni
Et laris et fundi/paupertas impulit audax
Ut versus facerem/sed quod nō deesit habentem
Que poterunt unquam satis expurgare cicute:
Ni melius dormire putem ꝙ scribere versus.
Singula de nobis anni predantur euntes.
Eripuere iocos/venerem/conuiuia ludum:
Tendunt extorquere poemata. quid faciam vis?
Denicq non omnes eadem mirantur amantq;.

Carmine tu gaudes/hic delectatur iambis
Ille bioneis sermonibus et sale nigro.
Tres michi conuiue prope dissentire videntur:
Poscentes vario multum diuersa palato.
Quid dem qd nõ dem:renuistu/qõ iubet alter.
Quod petis:id sane est inuisuz acidumqz duobus
Preter cetera me rome ne poemata censes
Scribere posse inter tot curas totqz labores:
Hic sponsum vocat/hic auditum scripta relictis
Omnibus officiis:cubat hic in colle Quirini.
Hic extremo in auentino:visendusve terqz
Interuallavides humane commoda.verum
Plures sunt platee nichil vt meditantibus obstet.
Festinat calidus mulis gerulisqz redemptor.
Torquet nunc lapidẽ nsic iugens machina tignũ
Tristia robustis luctantur funera plaustris.
Hac rabiosa fugit canis:hac lutulenta ruit sus.
I nunc et versus tecum meditare canoros.
Scriptorũ chorus omis amat nemus:rfugit vrbẽ
Rite cliens Bachi somno gaudentiset vmbra.
Tu me inter strepitusnocturnos atqz diurnos
Vis canere.rcõtracta sequi vestigia vatum.
Ingeniũ sibi quod vacuas desumpsit athenas
Et studiis annos septem dedit insenuitqz

Libris et curis: statua taciturnius exit
Plerūq; et risu populum quatit / hic ego rerum
Fluctibus in mediis et tempestatibus vrbis
Verba lyre motura sonum cōnectere digner?
Frater erat rome consulti rhetor: vt alter
Alterius sermone meros audiret honores.
Graccus vt hic illi foret: hic vt Mutius illi
Qui minus argutos vexat furor iste poetas?
Carmina compono. hic elegos mirabile visu
Celatumq; nouē musis opus. aspice primum
Quanto cum fastu quanto molimine circum
Spectemus vacuam romanis vatibus edem.
Mox etiā si forte vacas: sequere: et procul audi
Quid ferat: et quare sibi nectat vtergq; coronam.
Cedimur: et totidem plagis consumimus hostes.
Lēto samnites ad lumina prima duello.
Discedo Alceus puncto illius: ille meo / quis
Quis nisi Callimachus? si plus apponere visus
Fit Minnermus ei optiuo cognomine crescit
Multa fero vt placem genus irritabile vatum:
Cum scribo et supplex populi suffragia capto
Idem finitis studiis / et mente recepta
Obturem patulas impune legentib⁹ aures.
Ridentur mala q̄ cōponunt carmina; verum

Verum gaudent scribentes: & seuenerāt. et vltro
Si taceas laudant quicqd scripsere beati.
At qui legitimum cupiet fecisse poema:
Cum tabulis animum censeris sumet honesti
Audebit quecunq paruum splendoris habebunt:
Et sine pondere erunt / et honore indigna ferent
Verba mouere loco / q̃ui sinuita recedent
Et versentur adhuc intra penetralia Vestc.
Obscurata diu populo bonus eruet: atq
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum
Que priscis memorata Catonibus atq Cethegis
Nunc situs informis premit: et deserta vetustas
Adsciscet nouа que genitor produxerit vsus
Vehemēs & liqdus puroq similimus amni
Fundet opes: latiumq beabit diuite lingua.
Luxuriantia compescet / nimis aspera sano
Leuabit cultu / virtute carentia tollet.
Ludentis speciem dabit: et torquebitur vt qui
Nunc satyrum nunc agrestem cyclopa imitatur
Pretuleris scriptor delirus: inersq videri:
Dum mea delectent mala me vel deniq fallant
Quam sapere et ringi fuit haud ignobilis argis
Qui se credebat miros audire tragedos
In vacuo letus sessor plausorq theatro

Cetera quiuite seruaret munia recto
More/bonus sane vicinus amabilis hospes:
Comis in vxorem:posset qui ignoscere seruis
Et signo leso non insanire lagene.
Posset qui rupem et puteum vitare patentem:
Hic vbi cognatorum opibus curisq; refect⁹
Expulit helleboro morbum bilemq; meraco:
Et redit ad se se:pol me occidistis amici
Non seruastis ait:cui sic extorta voluptas
Et demptus per vim mentis gratissimus error.
Nimirum sapere est abiectis vtile nugis.
Et tempestiuum pueris concedere ludum.
Ac non verba sequi fidibus modulanda latinis:
Sed vere numerosq; modosq; ediscere vite:
Quo circa mecum loquor hec/tacituscq; recordor
Si tibi nulla sitim finiret copia lymphe:
Narrares medicis quod quanto plura pasti
Tanto plura cupis.nulli ne faterier audes?
Si vulnus tibi monstrata radice vel herba
Non fieret leuius:fugeres radice vel herba
Proficiente nichil curarier.audieras cui
Rem dii donarent illi decedere prauam
Stulticiam:et cum sis nichilo sapientior ex quo
Plenior es tamen veteris monitoribus iisdem

At ſi diuitie prudentem reddere poſſent:
Si timidū cupidūq; minus te: nempe ruberes
Viueret in terris te ſi quis auarior vno.
Si proprium eſt quod quis libra mercatur et ere:
Quedam (ſi credis conſultis) mancipat vſus.
Qui te paſcit ager tuus eſt et villicus orbi.
Cum ſegetes occat tibi mox frumenta daturus:
Te dominū ſentit: das nummos: accipis vuam
Pullos oua cadum temeti: nempe modo iſto
Paulatim mercaris agrū fortaſſe trecentis
Aut etiam ſupra nummorum millibus emptum
Quid refert vigas numerato nuper an olim:
Emptor aricini quondam vegentis et arui:
Emptum cenat olus / quanuis aliter putat: emptis
Sub noctem gelidam ſignis calefactat ahenum
Sed vocat vſq; ſuum: quia populus aſſita certis
Limitibus vicina refugit iurgia tanquam
Sit propriū dcq; : puncto quod mobilis horę
Nūc p̄ce nūc precio nūc vi nūc morte ſuprema
Permutet dominos / et cedat in altera iura.
Sic q; perpetuus nulli datur vſus: et heres
Heredem alterius velut vnda ſuperuenit vndam.
Quid vici proſunt aut horrea / quid ve calabris
Saltibus adiecti lucani / ſi metit orchus

Grandia cum paruis non exorabilis auro:
Gemas marmor ebur tyrrena sigilla tabellas/
Argentumvestesgetulo murice tinctas
Sūt qui nō habeāt:est qui nō curat habere.
Cur alter fratrum cessare et ludere et vngi
Preferat herodis palmetis pinguibus:alter
Dives et importunus advmbram lucis ab ortu
Silvestrem flāmis et ferro mitiget agrum:
Scit genius/natale comesqui temperat astrum
Nature deus humane mortalis in vuum
Quodq; caput vultu mutabilis albus et ater
Utarq; ex modico quantum res poscet acervo
Tollam:nec metuam quid de me iudicet heres/
Quod non plura datis inuenerit.et tamen idem
Scirevolam/quantum simplex hilarisq; nepoti
Discrepet et quantum discordet parcus auaro.
Distat enim spargas tua prodigus:an neq; sūptū
Inuitus facias:neq; plura parare labores.
Ac potius puer vt festis quinquatribus olim
Exiguo gratoq; fruaristempore raptim
Pauperies immunda ꝓcul dom⁹ ab sit:egovix
Naue ferar magna an parua:ferar vnuset idem.
Non agimur tumidis velis aquilone secundo.
Non tamen aduersisetatem ducimusaustris

Ersibus ingenio specie virtute loco re
Extremi primorum / extremis vsq; priores
Non es auarus abi quid cetera · iam simul isto
Cum vitio fuge: rite caret tibi pectus insani
Ambitione: caret mortis formidine et ira.
Somnia / terrores magicos / miracula sagas
Nocturnos lemures portentaq; thessala rides.
Natales grate numeras · ignoscis amicis
Lenior et melior fis accedente senecta
Quid te exempta iuuat spinis de pluribus vna?
Viuere si recte nescis decede peritis.
Lusisti satis: edisti satis / atq; bibisti.
Tempus abire tibi est: ne potum largius equo
Ridear et pulset lascina decentius etas.

Finis.

¶ Paulo accuratius ꝙ prius magister Anthonius denidel cuius edes ferme e regione scholarum decreti situate sunt: has horatii epistolas parisii (diligẽti premissa castigatione) curauit imprimendas. nõnulla carmina in priscis impressionibus omissa recolligens. breuesq; suprascriptiones annectens. quibꝫ et medullam cuiusq; epistole: et personaꝫ adquã scribitur cognoscere est. xxvi. octobris. Anno anatali saluatoris. Mil. cccc. xcviii.

Ad lectorem hexasticon.

Hoc opus eximium mercare numisinate pauco.
Moribus vtilius legimus esse nichil.
Quelibet est mire grauitatis epistola plena:
Vt flaccum reliquis vatibus ante feras.
Argumenta breui spectes adiuncta tenore:
Que facilem metra dant ad venusina viam.

Vale